

**Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof.
Ad Exequias Quas ... Noblißimo iuveni Ulrico Behren/ Filio suo desideratissimo
Pater maestissimus Hodie ... parabit: Omnes & singulos Academiae Cives ...
invitat : [P.P. Rostochi. sub sigillo Rectoratus An MDCL. d. XXVIII. Martii]**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745845932>


Druck Freier  Zugang





Stockmann, J.,
in U. Behr.

Rost. 1650.

22.







RECTOR
Univerſitatis Rostochienſis
JOACHIMVS STOCKMAN,
Phil. & Med. D. ac Prof.

Ad Exsequias

Quas

Et genere, & virtute Nobilissimo juveni

ULRICO BRESCHENI

Filio ſuo deſideratiſſimo

Pater maerentiſſimus

Hodie ad horam primam in templo

Petrino parabit

Omnes & ſingulos Academiae Civis
amanter & officioſe invitatur.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogri
ANNO M. DC. L.

 **M**ommemorat Moses velut admirabilis, Haranem in conspectu Patris sui Tharæ mortuum esse, id est, morte Patrem suum prævertisse: idque dignum censuit, quod in Ecclesia jugi perpetuâq; memoria celebrandum Actis ejus infereretur. Sed apud nos exemplorum abunde est, quæ instruunt & convincunt, incertam prorsus spem illam esse, quæ in genibus ponitur juvenum florentium, & fiduciam inanem, quæ in poplitibus virorum robustorum collocatur. Russos nihil esse, cur diffidant, qui viribus sunt tenuioribus & ætate provectiores, quod minus in multos adhuc annos vitam producere queant; si Deus, cujus virtus in infirmitate perficitur, eis vitæ dies velit protollere. Nam vel experienciâ teste liquet, ad ultimam sæpe & decrepitam ætatem pervenire eos, quorum in labiis, ut loquuntur, anima sessitare putabatur, quiq; ob debilem ac languidam corporis compagem, morbosq; frequentes spem vitæ incoare longam verabantur: alios contra lacertosos ac torosos sæpe subito à morbis aut alio quovis casu elidi & inter cadavera atq; umbras dissipari. Nempe hinc clarissimè agnoscimus, Deum esse vitam nostram, ut Moses ait, & longitudinem dierum nostrorum: in ejus manu animam nostram, totum iter nostrum penes ipsum esse: ut Daniel regem Belsarem docet. Verum hæc latius heic prosequi nunc nihil attinet, de Defuncto Nostro viro juvene ac Nobili exponemus ea, quæ accepim⁹, Editus est in hanc lucem in prædio **Bisfow** anno

anno hujus seculi vigesimo sexto d. X. Jan. circiter ho-
ram septimam matutinam, filius inter sex ordine quar-
tus. Patre reverendo, nobilissimo ac strenuissimo
MATTHIA Behr Canonico Ecclesiæ cathedralis Sue-
rinensis, & Præfecturæ Wittenborgensis in hoc Ducatu
Mecklenburgico Capitaneo, Hereditario in Birkow.
Matre OTILIA von Schwerin. Atq; ut insignes ab u-
traq; parte familias percenseamus, à paterno genere in-
choabimus. Avus ergò Hans Behr Junior, natus in Huch-
elsdorff. Avia Ilsebe Schmeckers. Proavus Hugolt Behr
Hereditarius in Huchelsdorff. Proavia ANNA Blüchers/
Proavus vero respectu Aviæ MATTHIAS Schmecker
Hereditarius zum Wüstenfelde. Proavia Hippolyta von
Dewiken. Abavus Vieth Behr cujus uxor MARGA-
RETA von Blankenbergs Alter Abavus ex linea Avi
HERMAN Blücher Hereditarius in Daberkow / cujus
uxor ANNA Wackenisen. Abavus vero ex linea aviæ
Heinrich Schmecker Hæreditarius in Wüstenfeld / cujus
uxor Alheit Hahnen Alter Jobst von Dewik Consiliarius
Ducis Pom. Hæreditarius in Daber / cujus uxor Dillia
von Arnimbs Cateri ejus lateris majores extitere die
von Schwerin de domo Spantkow / die von Eichsteden von
Klempenow / die von Bonowen de domo Thürow / die von
Dechowen / von Putenike / die Behren von Werder / die
Hahnen ex domo Baschow / die Borcken von Penkin und
Salckenberg / die von Bredow von Gremmen. In Materno
genere eæ referütur familiæ: Avus Jochim von Schwerin
Hereditarius in Spantkow & Puzar Avia CATHARI-

NA von Newenkirchen Proavus Ulrich von Schwerin Hereditarius in Spantekow / Proavia Anna von Arnimb Proavus verò respectu aviæ Rodiger von Newenkirchen Hereditarius in Borwerck & Mellenthin. Proavia Ilsebe Eichsteten. Abavus Jochim von Schwerin von Spantekow & Putzar cujus uxor OTILIA Bredowen alter Abavus Joachim von Arnimb Hereditarius in Boitzenborg / cujus uxor Ilse von der Schulenburg / Abavus ex linea Avia Christoph von Newenkirchen Hereditarius in Borwerck & Mellentin cujus uxor DOROTHEA von Wedeln / Abavus verò respectu Proavia Jürgen von Eichstet in Rohten Glempenow cujus uxor CATHARINA von Arnimb. Cæteri ejus lateris die Bosse / de domo Linnenberg / die Herrn Potlitz / die von Waldow / die von Sparren die von Eichsteten / die von Borcken / die von Kammin / die von Heydebrech. Ab ineunte ætate, quamprimum per lavacrum regenerationis corpori Servatoris, quod Ecclesia est, insertus, labentibusque annis adolescentiam adire incepit, emicuere statim bonæ indolis igniculi, virtutemq; ex animo adhuc tenerrimo ostenderunt. Ad discendum enim promptus, ad disciplinam facilis, moribus autem & naturâ probus, lenis, cætera modestus, satisfacere tum gaudio parentum, eorumque vota implere potuit, quam quidem alii vel dimidium sperent, vel optare satis haberent. Unde factum, ut literarum studio adhibitus, eâ quâ par est curâ domi statim non absque idoneis præceptoribus eò usque informaretur,


retur, donec Nobilissimi Parentes, ob feralem belli
tempestatem, cum Impiis hæc tam culta novalia
miles haberet, Rostochium securitatis ergò cum suis
concederent. Horret animus & luctu refugit, quoties
lacrymabilem horum locorum conditionem, & ista se-
culi ac militiæ flagitia recordari necesse est. DEUS tan-
dem, quod ex animi sententia vovemus, constantem
ac fidam desideratissimæ pacis serenitatem postliminio
de machina reducat! Rostochii in schola Senatoria pie-
tate ac moribus ut & literis quas ætas illa fert, imbui fe-
liciter cæpit, donec anno clò Ioc XXXVIII. jam ferè
expirante à Serenissimo ac Celsissimo Principe & Do-
mino, Domino FRIDERICO Herede Norwegiæ,
Duce Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Co-
mite in Oldenburg & Delmenhorst &c. literarum tu-
tore, fautore ac parente munificentissimo, in illustre
illud, quod est Borsholmi, doctrinæ ac literarum Gym-
nasium receptus, cum cæteris alumnis liberali-
ter sustentatus, & in pietate, literis ac moribus educatus
fuit. Quod, insigne ac singulare beneficium piè Defun-
ctus dum viveret, magni habebat, & Parentes ejus no-
bilissimi debitâ animi subjectione ac gratitudine & a-
gnoscent hodie, & maximis deprædicant laudibus.
Borsholmi ex consilio & voluntate circumspectissimi
Principis annis sex continuis commoratus est, ut ne cru-
da nobis in Academiam studia impellerentur, sed gradu
abiret is, qui nec saltum facere in literas nec desultoriâ


in iis operâ versari deberet. Eapropter eum Gymnasio
exerceri firmarique primò cupiens in disciplinam Cla-
rissimo & de juventute bene merito viro DN. M. PAU-
LO SPERLINGIO Gymnasii ejusdem Reçtori tradidit
sub quo eos fecit studiorum progressus, ut sexennio istius
pulveris expleto, prodire jam in Solem, & in luce
publica versari quàm rectissimè potuerit. Cui rei publi-
cè privatimque testes sumus. Ablegatus enim AN. cIo
Ioc XLV. in hanc nobilem ac celebrem Academiã
tanquam ad mercaturam bonarum artium, audiendo
primùm, deinde conferendo cum aliis, legendo, dispu-
tando, collegiaque celebrando omnia, quæ quidem sui
instituti essent, civem nobis dedit in primis charû. Post
pietatis exercitium animum Juris prudentiæ in primis
despondebat. Specimen profectuum publicâ disputa-
tione DE REGALIBUS non ita pridem exhibuit, sub
præsidio Consultissimi atque Excellentissimi viri Dn.
HENRICI Rabnen / J. U. D & Prof. celeberrimi, Collegæ
nostri honorandi Neq; enim illorum sermone moveba-
tur, qui aut cum Hispano illo, homine dicam? an bove,
nobilem virum literas dedecere statuunt: aut, qui istas
à puero discant, eos homines deschola, & ad res geren-
das ineptos esse dictitant: sed audierat duas esse, quibus
ad veram solidamq; gloriam Nobiles grassarentur vias:
alteram bellicam, literariam alteram: illam potentia,
hanc sapientia. Id quod veteres in Pallade armata &
Martis Mercurio conjuncti imagine adumbrare voluerunt. No-
verat is, præstantissimum quidem esse, quod nobilissimum est,
Non


Non enim heri demum aut ex opinione paucorum apud paucos
fide invenit: sed & ab omni ævo, & iudicio mortalium Cenfo-
rio, & consensu populorum clarissimorum hætenus creditum
fuit. Errare tamen ipsi semper videbantur nonnulli, quibus blan-
dum hoc fortunæ humanæ donum intra solos titulorum ac ori-
ginis suæ limites contineri videtur, quique, dum majorum
splendorem supercilioso ac insolenti novorum hominum, quo-
rum nobilitas intra virtutē potissimum consistit, fastidio osten-
tent, auctoritati sese gloriæque stemmatis sui satisfacere, sibi pa-
riter ac aliis persuadere conantur. Sed ut è diverticulo in viam
redeamus. Macarites noster vitæ genere, dum apud nos erat,
morumque probitate & modestiâ nemini non commendatissi-
mus fuit. Quæ ex munificentia Celsissimi Principis FRIDE-
RICI habebat sumtuum præsidia, frugaliter impendit, ita ut si
pertexere telam studiorum bono cum Deo potuisset, evasurus
procul dubio fuerit is, quem cordati omnes sibi promittebant.
Sed aliter visum sapientissimo hujus universi arbitro, cujus in
manu vita & fata, sortes & mortes sunt hominum. Die enim
XXXI. Jan. altero post, quàm publicè disputasset, male habere
cæpit, sed latente adhuc malo, quod eum lecto postea affixit,
ubi varioli, lues profecto teterrima, erupere. Quibus cum vires
suas tandem debilitari & prosterni, & vitæ termino se propio-
rem paulatim fieri haud dubiè persentisceret, d. VIII. Febr. Re-
verendum atque Clarissimum virum DN. M. JOANNEM
Kånßlern/ Pastorem ad S. Petri vigilantissimum ad se vocari vo-
luit: apud quem per seriam confessionem inutili & sordidâ pec-
catorum sarcinâ se exoneravit, ac verâ fide ad Redemptorem su-
um conversus, corporis & sanguinis Dominici sacramento sum-
mâ cum animi devotione usus est. Ita igitur instructus certum
se esse testatus est de gratia & misericordia divina, quæ pios &
gratosum Dei auxilium implorantes nunquam destituat, sem-
per comitetur, semper prosequatur. Fiduciam hanc sibi natam
esse ex tot luculentis verbis divini sententiis ac testimoniis, quæ


in promptu habebat, testatum faciebat cum crebrò audirentur:
Das Bild Jesu Christi etc. Kom du schöne Freuden Krone etc. Wann
mein Stündlein vorhanden ist etc. Cumque hoc modo totum se
Deo permisisset, & animam suam in illius manum commen-
dasset, nequicquam renitente naturâ & medico, tandem inter
preses & suspiria d. XIV. Febr. mane in puncto tertiæ, anno
ætatis vigesimo quarto, compositâ mente quam placidissimè
obdormivit, nobilissimumque Parentem & propinquos, ho-
mines veteris profapiæ & multarum imaginum in gravissimum
luctum coniecit. Dolebunt enim quod juvenis obierit: sed cogi-
tant ex adverso. Deo acceptos homines (quod non sacris tan-
tum confirmatum est literis, sed gentium quoque probatum con-
sensu) in juventute rapi: & permortem, (quæ Cypriani est sen-
tentia) cum vivendi periculis subtrahi, tum in non peccandi
securitate constitui. Cogitabunt innumeris Eum casibus, turbis
ac periculis surreptum esse, hac præsertim tempestate, quâ ut
Fulgentij utar verbis, potentibus vacat opprimere, prioribus
rapere, privatis perdere, miseris flere

Vos Academiæ Cives, Juvenis Nobilissimi, & dum vi-
veret studiosissimi memoriam habete, quemadmodum decet
Christianum, nec desistite ornare mortuum, quem diligere vi-
vum solebatis. Comparete igitur ad horâ primâ in templo Petri-
no, & mecum ite exsequias frequentes. P. P. Rostochl. sub
sigillo Rectoratus AN. cl. Iac L.
d. XXVIII. Martij.












Non enim heri demum aut ex opinione
 fidem invenit: sed & ab omni ævo, & judi-
 rio, & consensu populorum clarissimum
 fuit. Errare tamen ipsi semper videbantur
 dum hoc fortunæ humanæ donum intra fi-
 gnis suæ limites contineri videtur, quod
 splendorem supercilioso ac insolenti nov-
 rum nobilitas intra virtutē potissimum co-
 tēnt, auctoritati sese gloriæque stemmatis
 riter ac aliis persuadere conantur. Sed ut
 redeamus. Macarites noster vitæ genere
 morumque probitate & modestiâ nemini
 mus fuit. Quæ ex munificentia Celsissimi
 RICCI habebat sumtuum præsidia, fruga
 pertexere telam studiorum bono cum D
 procul dubio fuerit is, quem cordati om-
 Sed aliter visum sapientissimo hujus un-
 manu vita & fata, sortes & mortes sunt
 XXI. Jan. altero post, quàm publicè di-
 cæpit, sed latente adhuc malo, quod eu-
 ubi varioli, lues profecto teterrima, erup-
 suas tandem debilitari & prosterni, & vi-
 rem paulatim fieri haud dubiè persentisce-
 verendum atque Clarissimum virum DN
 Rānglern/ Pastorem ad S Petri vigilantissi-
 luit: apud quem per seriam confessionem
 catorum sarcinā se exoneravit, ac verā fi-
 um conversus, corporis & sanguinis Dom-
 mā cum animi devotione ususe est. Ita ig-
 se esse testatus est de gratia & misericordi-
 gratiosum Dei auxilium implorantes nun-
 per comitetur, semper prosequatur. Fide
 esse ex tot luculentis verbis divini sentent-



bud paucos
 um Cenfo-
 s creditum
 uibus blan-
 um ac ori-
 majorum
 num, quo-
 idio osten-
 ere, sibi pa-
 lo in viam
 nos erat,
 mendatisfi-
 FRIDE-
 lit, ita ut si
 t, evasurus
 mittebant.
 o, cujus in
 Die enim
 ale habere
 tea affixit,
 cū vires
 se propio-
 Febr. Re-
 NNEM
 vocari vo-
 rdidā pec-
 ntorem su-
 ento sum-
 tus certum
 uæ pios &
 ituat, sem-
 sibi nam
 onnis, quæ